

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1528

Autre(s) référence(s) : Fauroux 85 / Tabuteau 166 / ARTEM 2692

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1031-1035]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Robert le Magnifique donne au monastère de Fécamp : Petiville ; des chevaliers et leurs biens à Grainville-[Ymauville] et à Bardeville ; Ecretteville[-les-Baons].

Il restitue la moitié de Bernay et fait don d'Eletot.

Il restitue les terres et les églises que Renaud le vicomte possédait à Arques, à Tourville[-la-Chapelle], à Saintigny, ainsi qu'au bois d'Appasilva, avec tous les hommes à lui assujettis.

Il fait don du Bois de Boclon près Fécamp. Il donne à la suite d'un échange la forêt dite « entre deux eaux ».

Il fait don de la terre d'Ourville[-en-Caux], destinée par son aïeule au monastère.

Il accorde selon la coutume du duché la banlieue (« leuva ») d'Argences à cause du marché.

Il restitue la dîme des foires de Caen, donne le gourd d'Oissel, les dîmes des prés de Couronne, et « Ansfredus » de Sorquainville avec sa terre.

Tableau de la tradition

Original

A. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 7 R007 (Engel 3/a).

Copies manuscrites

B. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 7bis (Engel 3/b. Original ou copie figurée)

Éditions principales

a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 3, p. 19 ; t. 4, p. 1323 (extraits).

b. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendice B, p. 260, n° 10 (cf. p. 272, n° 6 et n° 7).

c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 85, p. 223-226.

Dissertation critique

Cet acte se place entre la fondation de Saint-Vigor de Cerisy et le début de l'abbatit de Durand, abbé de cette abbaye qui apparaît parmi les souscripteurs, en 1031 ou 1032 et la mort de Robert le Magnifique en 1035 (FAUROUX, p. 224).

Texte établi d'après c

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Rotbertus, filius secundi Richardi, nutu Dei Northmannorum ducis, et ipse per gratiam Dei princeps et dux Northmannorum, notum fieri volo tam presentibus quam futuris ea quæ, respectu gratiæ Dei, contuli universorum Domino, sanctæ scilicet et individuæ TRINITATI, in loco qui dicitur Fiscannus, post decessum patris mei, pro salute animæ meæ et predecessorum meorum, fratrum quoque et sororum. Quæ omnia nominanter subter asscribere volui, ne memoriæ laberentur subsequenti posteritate, hæc sunt : Pitit villa cum omnibus sibi pertinentiis ; quidam homines mei scilicet milites cum omnibus sibi pertinentibus ; hii sunt Hundul filius Gosmanni et nepotes ejus filii Bloc, Walterius quoque filius Girulfi, filii Gonfredi omnes de Gervinivilla, Torquital filius Adlec, Justaldus clericus et Rodulfus laicus, fratresque eorum, filii Hugonis de Barda villa. Dedi autem terram quæ Scrot villa dicitur cum omnibus suis appendiciis. Reddidi etiam totam medietatem Bernai villæ, cum omnibus que ad ipsam medietatem pertinent ex integro. Dedi etiam villam quæ dicitur Eslettot. Reddidi quoque omnem terram, quam Rainaldus vicecomes apud Arcas, et in Turvilla, et Santiniaco ville tenere videbatur cum æcclesiis et molendinis et bosco qui dicitur Appasilva, cum salinis, piscariis, pratis, hospitibus, et omnibus appenditiis suis, et omnibus hominibus qui sibi subjecti fuerunt. Dedi quoque silvam quæ Bocolunda dicitur, juxta Fiscannum ex toto. Commutuavi autem eis silvam, quam inter duas aquas dicunt, ex utraque parte, et omnia que ad eam pertinent ; dedi quoque terram quæ Hurvilla dicitur quam mea avia pro salute parentum nostrorum et sua, Fiscanni loco destinavit, cellarium insuper et vineam. Contuli etiam alios milites, scilicet Osbertum filium Gosmanni, cum suo alodo et Ursonem et Willelmum ejus fratrem, filios videlicet Anslecci. Donavi apud Argentias, leuvam juxta morem patriæ nostræ, propter mercatum ipsius villæ. Hæc omnia, pro salute animæ meæ et parentum meorum, soli Deo TRINO et uno, vivo et vero, contuli. Si quis autem, quod fieri non credo, contra hanc nostræ preceptionis cartulam, contraire aut calumpniam inferre temptaverit, cum Juda traditore, partem habeat si non emendaverit. Ut vero firma et stabilita hæc descriptio permaneat, manu propria subter affirmo et fidelibus meis firmare precipio. Reddidi etiam decimam de feriis de Cadumo. Dedi quoque piscariam, quod vulgo gordum dicitur, apud Oscellum villam. Dedi decimas de pratis, in villa que dicitur Corhulma. Donavi nihilominus Ansfredum de Soartichin villa, cum omni terra sua ubicumque tenere videbatur.

+ Signum Rotberti Nortmannorum ducis. + Signum Willelmi filii ejus. + Signum domni Rotberti archiepiscopi.
 + Signum Rotberti episcopi. Signum Gingoloi archiepiscopi. Signum domni Johannis abbatis. + Signum Willelmi abbatis. + Signum Gradulfi abbatis. Signum Rainerii abbatis. + Signum Durandi abbatis. + Signum Isemberti abbatis. + Signum Edwardi regis. Signum Balduini comitis. Signum Ingelranni comitis. Signum Gisleberti comitis. Signum Negelli. Signum Osberti sinscalci. + Signum Unfredi vetuli. Signum Richardi vicecomitis. Signum Gozilini vicecomitis. Signum Turstini vicecomitis. Signum Aymonis vicecomitis. Signum Toroldi constabularii.